copo nostro gaudioso eguuinę ecclesię sollempniter deligare; Cui
dedimus in mandatis ut nihil de prouectionibus clericorum reditu·
ornatu ministeriis que a quoquam usurpari patiatur; cui uos
assiduis adhortationibus conuenit obedire. et remoto strepi
tu [ł uno] eodemque consensu talem uobis preficiendum expetite
sacerdotem quietam uenerandis canonibus nulla discrepet ratio
ne et tanto ministerio dignus ualeat repperiri; Qui dum fue
rat postolatus cum sollempnitate decreti omnium subscriptio
nibus roborati et uisitatoris pagina prosequente ad nos ueni
at ordinandus. Preuisuri ante omnia ne ad cuius libet uitę
uel meriti laicam personam presumatis eligere; et non solum
ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehitur. Verum
etiam uos nullis intercessionibus ueniam promereri posse cog
noscite; sed omnes quos ex uobis de laica persona adspirasse con
stiterit ab officio et a communione alienos faciendos pro
culdubio noueritis; LVIII. GREG. ANATOLIO DIACONO CONSTANTINOPOLITANO.

Reuerentissimus frater et coepisco
pus noster constantinus. homines suos illuc pro ecclesię suę utilita
tibus festinans transmittere. tuę eos dilectioni uoluit com
mendare; et inde in quantum deo iubente uolueris eis salua ra
tione ubi necesse fuerit sicut dignus est opitulatione [ł opitulari ualebis.]
suffultus et [ut] ipsi illic minus ualeant laborare. et predictus
frater noster ecclesię suę utilitatis iustitię [ł iusticia] suffragante cognoscat;

LVIIII. GREG. CASTORIO NOTARIO.

Dum florentinus rauennatis ecclesię diaconus apud nos pre
uerentissimo fratre et coepiscopo nostro mariniano de usu pal

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0448